

plurimam ei salutem adscribo, tum D. Adoni, D. Taurello, D.
Bergio, cujus interpretationem videre cupio. salutaribus
quoque collegas et Amicos tuos, et Plazam meam. Inum otia
est rogo te, ne scribere graveris, quicquid in buccam ve-
niet, non deerunt tibi, sat scis, argumenta. Sit aliquid
semper ex pulvere illo erudito, aut quicquid occurrerit. Vale
et nos ama. Uxor et filii te suavis, feliciter valere
opt. Breslae 27. Octobris 1583.

D. Thaddeus Pragam redit, erit Tuis Amicus et frater
ei et mihi gratiss. quicquid in ejus Ande. Dudith.
dialexi emendabis.

55)

D. Quirino Reutero suo. Char. me fr. S. P. Brevior
quod valde dubito, ne jam abieris, antequam haec ad te perferantur.
si nondum abiisti, quid tam diu siles? haecine erant promissa
tua? negabas te idem facturum quod alii, quorum in scribendo
negligentiam accusabam, quod non petissent promissis. Quis
iam? rogare possum, ne sui amantem seniculum magna
legendarum suarum literarum voluptate priveris; cogere
nec possum nec debeo. Hoc unum dico, et earum nec esse pe-
cupidam et mirari, nec vehementer, qua tanti sit causa silen-
tium? Mitto pecuniam. D. Henricus, quantum hoc tempore
re possum, quod quidem mihi nunc per incommode cadit, ma-
gis magnis, alij sumptibus et expensis exhaustis. Sater Pala-
orum nihil mittit, differt in aliud tempus. Deum timet, boni
vir et mei amicus est. Flax, ejus et filiorum causa etiam
supra vires aliquid faciendum est, hoc quoque, verè tibi dico,
in Troilo summi. Non deero tamen in posterum quoque, nec
D. Henricus in tempore. significet, quanta pecunia opus fuerit.
Me respiciat, non quenquam alium, ego eum non fallam. Si
istud non satis tutum erit, diutius versari ob bellam, rogo vos
date operam, ut pueri vel Tubingam mittantur vel Argen-
toratum, vel si lubet, Heidelbergam, et si fortasse eadem
illis quoque civitatibus fortuna erit, qua vestra si milites vo-
bis molesti sunt, sed hoc totum sit in D. Henrici judicio positum.
Rogo te

Rogo te, ut ceteris mihi de rerum tuarum statu omnia minutim
etiam et de schola ista vestra et studiis perscribas, tum quid
cogites facere, quod abire, quae studia persequi. Carolus noster
à Cratone commendatus Cesari pro Chirurgo in aulam evoca-
tus est, ibi disceptat et deliberabit aulicus ne esse malit,
quam Dantiscanorum medicus, qui ipsi quovis ob meam et aliorum
commendationem salarium ei 200. fl. constituerunt, ut sit
urbis medicus et in schola illa aliquem Philosoph. librum pra-
lectat. Nonne hoc fortuna amici te ad Medicinam excitat?
Profectus satis magnos stimulos addere poterit, etsi non omni-
um par est fortuna, nec tam subita. Grolenses quoque
150. tal. ei spondent, difficilem copia delectum facit. Amabo
te, mitte mihi reliquam dissertationem D. Cellii cum D. D.
Jugurcio, h. tum praecedentia utriusque, tum consequentia. Nam
in his haereo, propterea quod quae antecesserunt, conjectura
tantum sequor. Ego ne, ut me indicem interponam? non
6^o istos loquerer. Urge Dn. Zanchium de magno illo operum
opere. Saluta et ipsum et omnes nominatim, si jam vobiscum
est D. Danag et D. Kinedonci, utrumque saluta, mihi eor-
um benevolentiam concilia. Quicquid poteris auferre à pre-
claris istis viris, quod me erudire et delectare queat, oro te,
ne praetermittas, me beare, scriba persolvam. Prato saepe que-
runt, te nihil scribere ad se, nec credit homo suspicax idem
mihi evenire. Mortui sunt hic concionatores 4. Quis magis
Evangelista, Solonus uxoris med, alter Solong Johax. in tem-
plo Magdal. et Magr Scholcius S. Spiritus propositus, ejusdem
farina homines substituarentur, ut magis etiam fessite
triumphent, qui certo pedem in hac arbe posituri creduntur;
Ande necam est adhuc. Videbo ne te unquam? nisi valde
fallor, non minore commodum hic quam usquam alibi privatim
et Medicina et Philosophia et Theologia operam dare posses,
apud amicum tui amantissimum, praesertim quod jam liber
esse posses à pedagogica functione. Sed nolo haec nunc no-
nere, ne tibi stomachum moveam. Vale mi fili charissime, et
me ama et rescribe Breslae 21. Aug. 1583. Tui Amantissimus

P.S. Grolis filij Tubinga vocati ad concionandi munus in locum M. Flei-
scheri, qui Luce succedit, ita sensim, quod saepe vaticinatus sum,

in hanc urbem inducitur antiquitas, hunc quidem illud maxime com-
mendat, quod se fore profitemur et sancte promittit, acerrimum
sacramentarium hostem.

55a

S. Scripta hac neq; ob signata Epistola, accepi tandem optatissima
tuas literas, bene habes, quod istuc es, rogo te, ut in tempo-
re moneas, quando et quo abiturus sis, ne frustra ad te scribam
aut ut sciam, quo mittam. Cupio n. tuas saepe legere, quod ut
eveniat, video opus fore, ut te provocem, etsi haud scio an
hoc satis sit futurum ad eliciendas à te literas, qui tam
gravati ad respondendum, vix altero, postquam tuas acce-
peris, mense descendere. Lib. ex Ursini Bibliotheca desin-
cupere, habes hos omnes, quos annotasti, et his multi plures,
excepto uno atq; altero, quibus tamen facile carere possunt.
Valde cupio videre locos, et quae accesserunt, et quicquid à bea-
ta illa anima elaboratum fuit, quem ego in suis scriptis et
discipulis, etiam post fata amo et veneror, ut qui maxime.
Nescio quid repositum sit Syntag, etsi non decerunt verba
vel selneccero, si ille, quod suades, silentis rem proferent,
et hunc balatronem pro se opposuerit, tamq; Levis armatu-
ra militem. Gratiam et iudicio quem vade amo, et tibi ha-
beo, quod in summi illius viri monumentis continuam ope-
ram ponitis. Vestri laboris etiam ad me aliquis fructus redi-
bit. Sal. cum Plur. Item Platonicos de quorum statu et studi-
is certior subinde fieri cupit et pater et ego. Litteras mitte
mercatoribus. Italici, Noriberg. Torisaris aut Saxisis Troilo no-
stro inscriptas. Sic nobis certo semper reddentur et facilius vo-
bis, ut audio et expeditius à Noribergam saepe mittere quam illinc ad
vos. N. Christmazo nostro salutem ex me amanter dicas. Si Consta-
tino cupit proficisci huc veniat, et mecum habitet, interea dum
vel Bolonus vel Aenus noster aliquem oratorum ut saepe fit illuc ad-
legat, ut ei se ad iungere queat, in quo ego ei oem operam navabo.
Istuc arte quam perscribat, et responsum expectet, etiam si sit
aliqua elabit omnis occasio. Etsi ego malle eum, abjecta ista
infantia, in Phil. et Med^a statem tenere, in qua et sibi et ali-
is utilis esse possit. Quid ex Arabia expectes, quod non sit mirifica
Barbarum, et in scientiis supervacaneum ne ridiculum dicam.